



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 28. S. Godefridus Ambianensis secedit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

Secul. XII. contra voluntatem tuam monasticum ar-
A.C. 1114. ripuisti Habitum, ad pedes Domini no-
 stri Papæ eum depone, quem deinde re-
 sumes vel dimittes. Ille autem conti-
 nuo ad pedes Summi Pontificis monasti-
 cas depositus vestes; neque illi persuade-
 ri potuit, ut illas ultra resumeret.

§. XXVIII.

S. Godefridus Ambianensis secedit.

vit. I. II. c. 30. Godefridi Episcopi Ambianensis patien-
 tia pervicacia populi sui, & feroci-
 tate Nobilium, pacem Sacram violan-
 tium, jam diu fatigabatur. Nemo au-
 tem Episcopum pejus habebat, quam
 Guermundus, Vicedominus Pinquinia-
 censis, qui licet ipsius esset Vasallus,
 quemdam alium nomine Adamum, spe-
 ñante Episcopo, contra fidem datam,
 captum in arctissimo carcere detinuit,
 quin eum nec Excommunicationis censu-
 ra, nec humilitas Episcopi, qui Guermundi
 ædes adire, ac ad ejus pedes coram ad-
 stantibus se demittere non est dedigna-
 tus, flecti potuerit. Tandem cum alter-
 nante fortuna ipse Guermundus ab ad-
 versariis captus fuisset, tanta S. Episcopi
 charitas fuit, ut eum redimeret. Cives
 Ambianenses Jus commune Civitatis, eo
 modo quo prius Laudunenses, a Rege
 impetraverant, & Episcopus civibus fa-
 vebat. At Enguerranus illius urbis Co-
 mes,

c. 5.

mes, quia isto privilegio ipsius Reditus ac- Sæcul. XII.
cidebantur, cives tanquam sibi rebelles A.C. 1114.
armis aggressus est. Illi viribus supo- Guib. III. de
riores Comiti, ex urbe ejecto, bellum vita. c. 24.
inferunt, Episcopo & Vicedomino auxi-
lium præstantibus. Postea autem a Tho-
ma Marleo, cuius opem petierant prodi-
ti, potentiori subjici coacti sunt.

Itaque Godefridus, calamitates, qui-
bus Diœcesis sua obruebatur, ultra ferre
non valens, omnia relinquere constituit,
& per famam edoctus, quam Sanctam
vitam Eremicola Cartusiani ducerent,
ad eos se contulit. Tunc temporis Prio-
ris munere apud Cartusianos fungebatur
Guigo, vir scientia & virtutibus emi-
nens, qui Præfulus ad se venientis San-
ctam simplicitatem miratus, eum illico
in suam suscepisset congregationem, nisi
timuisset, ne Papa, Archiepiscopus Re-
mensis, ceterique Franciæ Episcopi tan-
tum virum ad redditum compellerent.
Cellulam tamen dedit, in qua S. Episco-
pus, exoptatæ libertatis dulcedinem de-
gustans, omnibus exercitationibus Spir-
itualibus eo fervore se addixit, ac si tunc
primum Deo se consecrasset.

c. 6.

§. XXIX.

Concilium Belvacense.

Inter hæc Cono Episcopus Prenestinus,
Cardinalis & Papæ Legatus Conci-
lium